



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 107. Petri Salazar Barbarigo Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. templationibus dicavit, suæque Eccle-
A. C. 1706. siæ, gregisque commodis Pastoralis sol-
 licitudine invigilans die vigesima Martii
 anno ætatis suæ sexagesimo sexto ani-
 mam suam Deo reddidit.

§. CVII.

*Petri Salazar Cardinalis ex-
trema.*

*Vit. Card.
p. 84.*

Quartus ex Cardinalibus hoc anno
 denatis erat Petrus Salazar na-
 tione Hispanus. Hic Ordinem B. Mer-
 ritæ de Mercede redemptionis Captivo-
 rum professus, ac vita morumque ho-
 nestate necnon insigni doctrina, maxi-
 me Theologiæ scientia conspicuus,
 multis annis conciones Apostolice spe-
 ritu plenas ad populum habuit, tam
 tam nominis sui famam adeptus, ut
 non modo inter suos variis, iisque ho-
 norificis officiis augetur, sed etiam
 Hispano Regi a Concionibus, arcanis
 que Consiliis, necnon Viduæ Regine
 a confessionibus esse mereretur: Tam-
 dem in supremum Ordinis sui [Magis-
 trum electus, ad Hispani Regis preces
 ab Innocentio XI. Purpuratorum Sa-
 natui adscriptus est, & paulopost in
 Salmanticensem, & demum Cordube-
 num Episcopum nominatus, præclari-
 virtutum exemplis ubique præluxit.

Eminuit in eo præcipue morum integritas, vitæ humilitas, raraque prudentia: contempserat aulæa, abacos, omnemque superfluum Domus suæ ornatum, & propria tantum virtute, proborum & pauperum consortio, mensaque frugali delectatus, modestiæ potius quam luxui inserviit: Denique Philippo V. Hispaniarum Regi percarus, meritis annisque plenus die vigesima quinta Augusti octogenarius beato fine e vita migravit.

Sæc XVII.
A.C. 1706.

§. CVIII.

Ludovici Homodei Cardinalis

mors.

Obiit etiam hoc anno Ludovicus Homodeus Mediolanensis Patritius, ^{Eggs Purp^r} ^{doct. suppl.} ^{4. p. 613.} Madriti in Hispania natus, ibi semque moribus ac studiis apprime excultus. Hic anno ætatis suæ trigesimo unacum Cardinale Marescotto tum summi Pontificis Nuntio Romam delatus, atque a suo Patruo Cardinale Aloysio ad Clericalem Statum permotus, eidem moribundo extrema pietatis officia singulari animi alacritate ad obitum usque præstitit, omnium facultatum hæres ab eodem scriptus. Auctus tanta fortuna, crescente etiam meritorum fama ab Innocentio XI. inter Protonotarios

Hist. Eccles. Tom. LXVII, Dd Apo-